



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CLII. Ioannis Papae VIII. Ad Omnes Episcopos. Monet vt sua
instituta obseruent, iusteque iudicent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

EPISTOLA CL.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD AGINVLFVM EPISCOPVM GABALITANVM.

Vt præsentium latoribus ablata restituenda curet.

Ioannes Aginulfo venerabili episcopo Gebaldanensi.

PRÆSENTIVM latores questisunt ab hac sede plebem suam eisdem sublatam. Quapropter apostolica auctoritate tuae fraternitati præcipimus, vt inquisita rei veritate, quod iustum est, vnicuique reddere sacerdotali sollicitudine peruestiget: & quæ ipse diffinire non poteris, [referre ad nos] modis omnibus non prætermittas.

EPISTOLA CLI.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD BISVNTINENSEM ARCHIEPISCOPVM.

Significat se Fulcardum, eiusque coniugem ab excommunicatione absoluisse.

Theodorico venerabili episcopo Bisuntinensi.

NOTVM sit sanctitati vestræ, quia Fulcardum, & Belindam vxorem eiusdem, ab excommunicationis vinculo absoluimus, donec canonica regula exacte reperriamus iudicium. Vnde a vobis in communionem eos recipi mandamus. Optamus fraternitatem vestram bene valere. Data vt supra.

EPISTOLA CLII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD OMNES EPISCOPOS.

Monet vt sua instituta obseruent, iusteque iudicent.

Allocutio pontificis & exhortatio ad omnes episcopos.

ECCE sanctissimi sacerdotes præmissis precibus fraternitatem vestram cum pia exhortatione conuenio, & per diuinum nomen obtestor, vt ea quæ a nobis de Deo, & de sacris ordinibus, vel sanctis moribus fuerint dicta, cum omni pietate fuscipiat, & cum summa reuerentia perficere intendatis. Quod si forsitan aliquis vestrum aliter

quam dicta fuerint, senserit, sine aliquo scrupulo contentionis in nostrorum omnium copulatione, ea ipsa de quibus dubitauerit, conferenda reducat; qualiter, Deo auxiliante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde simul vos obtestatione coniuro, vel obsecro, ut nullus vestrum in iudicando, aut personam accipiat, aut quolibet fauore, vel munere pulsatus, a iusto iudicio scienter auertatur aut discedat: sed tota pietate eum, qui cœtui nostro se iudicandum intulerit, retractate. Ut nec discordans contentio ad subuersionem iustitiae inter nos locum inueniat; nec in perquirienda æquitate vigor vestri ordinis vel solicitude tepeſcat. Data ut supra.

EPISTOLA CLIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ROMANVM ARCHIEPISCOPVM
RAVENNATEM.

Præcipit ut Romam ad Synodum cum suffraganeis
accedat.

*Reuerendissimo & sanctissimo confratri nostro Romano archiepi-
scopo sanctæ Rauennatis ecclesiae.*

CANONICIS sanctorum patrum iubentibus regulis bis Nicenii
per annum Concilia episcoporum esse omnimodis ce- Concilii
lebranda; nos ob id pro multiplicibus ecclesiarum Dei vti- cap. 5.
litatibus, & necessitatibus, Synodum octauo Kalendas Synodus
Maias, Domino annuente celebrare cupimus. Ideo iube- bis in an-
mus dilectioni vestrae, ut omni mora postposita, vos cum no cele-
omnibus suffraganeis vestris episcopis prædicto tempo- branda.
re Romam venire studeatis: quatenus eamdem Synodum
nobiscum æqualiter celebretis, ac de communi salute con-
sideretis. Data III. Nonas Martias.